

aliquod ius super dicta possessione ultra precium predictum; et predicta intelligantur tam de preteritis quam de futuris.

¶ Insuper si qua persona creditrix agere voluerit in iudicio contra possessorem aliquorum bonorum alicuius persone sibi
 5 obligate, et dictus possessor habebit aliquam possessionem sibi locatam a dicta tale persona debitore, tunc agens contra talem possessorem regressum habere possit tantum ad afictum dicte possessionis ad precium seu valorem dicte possessionis sic locate, prout valebat tenpore locationis predictae posses-
 10 sionis et non ultra.

Cap. LII. Rubrica de rei incantatione sine extimaria. Et secundum formam extimarie.

S tatuimus quod res incantata ad incantum ad scalas pa-
 15 laci communis sine extimaria debeat incantari octo die- bus per preconem communis, sed cum voluntate parcium quan- docunque voluerint deliveretur plus // offerenti, et tenpore 232 B incantationis ipsius rei, si qua persona offeret aliquid super aliqua possessione, illi non liceat eam dimittere usque ad unum mensem. Si vero res mobilis incantaretur et aliquis
 20 offeret dare aliquid de ea, si illa die non deliverabitur, non liceat ei secunda die eam accipere. ¶ Preterea nolimus aliquem rivarium posse incantare nec facere incantari aliquam possessionem fixam vel aliam rem mobilem ad incantum causa ipsam emendi, nec etiam denarios ipsius rei in sua volun-
 25 tate expendere, sub pena quadraginta sold. [pro quolibet] et qualibet vice contrafacta. ¶ Et si qua venditio fieret eisdem preconibus de predictis, quod illa venditio sit cassa et vana. ¶ Insuper volumus quod, si qua bona communis incantentur ad incantum et aliquis se offeret dare aliquid de ea, quod
 30 persona offerens eam dimittere non possit usque ad unum mensem sequentem, et quod res incantata ad incantum secundum formam extimarie non possit accipi per propinquos illius cuius fuerit ab emptore ipsius rei. ¶ Salvo iure illorum qui haberent duas vel tres partes ipsius rei, qui eam habere
 35 possint pro eodem precio. Si vero aliqua res mobilis alicui